

DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILUM.

1.43.1

*Imppp. Valentinianus Theodosius et Arcadius AAA. Nebridio pu.*

Praefecti vigilum huius urbis nihil de capitalibus causis sua auctoritate statuere debent, sed si quid huiusmodi evenerit, culmini tuae potestatis referre, ut de memoratis causis celsiore sententia iudicetur.

[a. 385 - 389]

DE OFFICIO PRAEFECTI ANNONAE.

1.44.

1 Ἡ διάταξις φανερόν προστεθεῖσα μέτρον τῆ χορηγία τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει πολιτικῶν ἀννόνων διορίζει καὶ πῶς τὰς μεταθέσεις δεῖ τῶν σιτηρεσίων προβαίνειν, πρόστιμον τοῖς μὴ πειθομένοις ποιοῦσα.

*id est:*

Certo modo distributionum annonarum civilium in Constantinopoli praestituto constitutio definit etiam, quomodo translatio annonarum procedere debeat, poena non oboedientibus imposita.

1.44.

2 Ἀναίρει τὴν ἐκ παλαιῶ γενομένην ἐπὶ τοῖς πολιτικοῖς ἄρτοις μείωσιν ἢ διάταξις καὶ κρηοῖ τοὺς μὴ ὑπόντας μὲν, πρὸ τούτου πραθέντας δὲ κατὰ τὴν ἀπάτην τῶν ἀννονεπέαρχων καὶ τῶν λογογράφων τῶν ἡγεσίωνων.

*D. VIII id. Mart. Constantinopoli post consulatum Lampadii et Orestae vv. cc. anno secundo. [a. 532]*

*id est:*

Constitutio tollit deminutionem panium civilium ex longo tempore factam et confirmat eos, qui interierunt, sed antehac in fraudem praefecti annonarum et logographorum regionum venierunt.